

constitisse. Quam ego rem nō aliunde puto, q̄ ex infirmis viribus, neq; ad censem commodis prouenire, cū simile veri nullo pacto fiat, vt vber tatem tantam negligenter. Hos itaque, Pater amplissime miseratus, cum nobis ipsiſis tantum nati non sumus, curauit, collectis pomis ac prebitis, ne ieiuni ac famescentes interirent. Quod cum alias in luceubrationibus meis effecissem, idem nunc in Commentarijs in Secundę Primā, ea potissimum ratione feci, quod præter illius præstantiā, tum in Theologia, tum in ea Philosophie parte, quę de morib⁹ agit, hic mihi Liber ita videbatur esse omnibus ne cœſtrarius, vt absq; illo fieri, vel ingenti cum iactura, vel nullo modo posset. Complectitur enim prima illa rerum capita, sine quibus aut caliges in cæteris, opus est, aut cœcutias. Adde & utilitatem, quæ tāta in illo est, vt a cunctis simul ordinibus, ad hunc sit quasi ad perennem ac lympidum fontem adcurrentum. Quis etenim Docto rum, sine Thoma, non aridus videri poterit ac ieiunus? Quis fæcerdotū non Baculo Aquinatis innixus, in expiandis peccatis populorum, non ſaepē cœſpitabit? Eneruati proculdubio erūt, ac sine viribus absq; hoc de pulpit⁹ declamates, in tantaq; legum affluentia, periti Cœfarei, Pontificijq; Iuris inopes & egētes. Sicuti vero Aquinatis Thomæ inter Prædicatores principis, fructus decerpere nullus debuit, prius quā Caietan. Thomas in Prædictorij gregis specula cōstitutus, ita profecto a nullo melius accipiendi sunt, atq; audius comedendi, quam ab eo, qui Prædicatores tanta est charitate complexus, vt bonos in illis mores confirmans, nunc restituens collabentes, in fouendis protegendiſq; illis, & omnibus præſtet, & a nemine ſuperetur. Accedit, quod nobilissimi viri, ac ſupra fidē doctissimi (qualis eſt Aquinas noster) nobilissimo in primis & inter eruditos quotidie uidentanti, Commentaria iure quodam debita uidentur. Quæ duo, q̄ pari nexu in te vnu coiuertint, nō hominibus iam, ſed ipſis et (ſi licet) brutis ac lapidibus colliquescit. Possemq; ego ſtolidior aliquādo forſitam uideri, ſi amore tuum ac ſtudium in cruditos uiros, ſi et familiæ tuæ, tum Pontificibus hummis, tum longo Senatorum agmine (quanto. f. nullā in toto Christiano orbe reperias) exornatae, recēlere laudes parauero. Supereft, Reuerendissime pater ac domine, vt qn̄ neq; aurum neq; argentum mihi eſt, ac ſi maxime adeffet (ea tua eſt integritas, quæ ad collucentia ſolum iſta & fluxa non inhier) vt haec mea munera, ea qua dantur fronte, recipias & alathi tenuitatem, ipſorum fructuum, quos tibi nunc damus, & ap̄ pliores in posterum pollicemur, dulcore ac pinguedine metitatis. Vnde feliciter.